

59  
VENERABILI · IN · D<sup>NO</sup> · VIRO · JACOBO PROBST.

DOCTORI ECCLESIAE BREMENSIS ·

SVO · FRATRI · IN · CHRISTO

CHARISSIMO ·

Gratiam & pacem · Senex decrepitis · pi-  
ger · Fessus · Frigidus · ac iam Monoculus scribo  
mi Jacobe · Et qui sperabam mihi nunc emor-  
tuo requiem (Ut mihi videtur iustissimam) dari  
quasi nihil unquam egerim · scripserim · dixerim · Ita  
obruor scribendis · dicendis · agendis · ferendis rebus ·  
Sed Christus est omnia in omnibus · potens et faciens ·  
benedictus in secula Amen · Quod scribis Helucios  
in me tam efferate scribere · Ut me infelicem &  
infelicis ingenij hominem damnent · valde gaudeo ·  
Nam hoc petivi · hoc volui illo meo scripto · quo  
offensi sunt · Ut testimonio publico suo testarentur ·